Vadium pactum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne
Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores
ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Ternum
primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequenter fac eiusdem
Ternos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori Minorenni-
tate Succorum, legatione intra vel extra Regnum servitio Mi-
litari ad Munimenta, ad Quietorem vel aliis quibusvis Dilatio-
nibus et legalibus impedimentis Non differendo ad quietorem praeterea vel
ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanei Premysliensis Ternos Di-
lationem sibi non recipiendo Nullasque Monitiones, appellationes, ac eam prae-
sequutiones faciendo, ac praesentia omnia poenis simplicibus vel
Triplicatis Evasionis, Suspensionis, fatalibus Iuris, praeterea
Terri, bello, conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis Non
subterfugiendo Nec modo alio quovis evadendo. Hac sua
praesenti personali Recognitione ad praesentia omnia et singula mediante.

M. Sczawinski Gnoso Grzymała Summam Duo-
rum Millium F. P. modo Simpli Debiti inscribit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus 143
Castrensis Capitaneus Premysliensis Magnificus Constanti-
nus Casimirus in Magna Sczawin Sczawinski Castel-
lanus Cruciviensis sanus mente et corpore Lectus a Ter-
ris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibus-
vis propriis et competentibus recedendo praesenti vero
Castrensis Capitaneus Premysliensis Iurisdictioni se cum Suc-
cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie quo ad Actum praesentem attinet Subiiciendo et
incorporando palam publice libere, ac per expres-
sum recognovit. Quia ipse se ac suos Successores
in et super bonis suis generaliter omnibus summisque
quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscri-

bit

bit et obligat praesentibus Gnoso Martiano Stanislao
Grzymała eiusque posteris summam Duorum Millium
florenorum polonicalium Monetae et Numeri in Regno
currentis quemlibet florenum triginta grossos compu-
tandos et Numerandos certi, veri, iusti, et liquidi debiti,
Mutuatamque apud ipsos per se Recognitam pecuniae tenetur
atque debet. Quam quidem summam suprascriptam Duorum
Millium florenorum polonicalium idem Recognitus se ac suos
Successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis
et Obligatoriis, mobilibus et immobilibus, sum-
misque quibusvis pecuniariis habitis et habendis supra-
scripto Gnoso Martiano Stanislao Grzymała eiusque posteris
inscribit et obligat praesentibus, hinc et ab Actu prae-
senti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apli
in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo
Tertio proxime et immediate Venturo daturum,
solutum et Numeratum atque coram Officio praesenti
Castrensi Capitaneali Premyslien. repositum et reli-
ctum repositamque et relictam rursus ab eodem Officio
Non effide iussum Nec Arestatum vel quovis alio modo
solutionem eiusdem summae per se aut quasvis submissas
suas personas praepeditum et impugnatum. Idque sub vadio
similis summae Duorum Millium florenorum polonicalium per eundem Recognitum
Magnum Constantinum Casimirum in Magna Sczawin
Sczawinski Castellanum Crusvicen. vel eius Successores Mrato
Gnoso Martiano Stanislao Grzymała Creditori suo
vel eius posteris ob non solutionem summae suprascriptae pro tem-
pore et loco superius expressis tam in parte quam in toto, to-
ties quoties, opus fuerit, ad solvendum succumbendo.

Pro

Pro quo quidem Vadio modo premisso ad soluendum succubito ac ipsa summa principali non soluta soluendum Cittus Exnus Mratus Regnus Magnus Constantinus Casimirus in Magna Schawin Schawinski Castellanus Crusuicensis siue eius successores Ad Instantiam Supradicti Gnosi Martiani Stanislai Grzymała Creditoris sui siue eius porrectorum ad Officium Presens Castrensem Capitanum Premysliensem, ex tunc recessu suo quo ad respondendum spectat mediante tempore in primo Cittonis Termino tanquam peremptorio stare Scribatur forma ex priori Inscriptione usque ad finem.

Religiosa Humnicka Summam 1000 in personam Gnosor Humnickich Transfundit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis Presentibus Castrensibus Capitanum Premysliensem Religiosa ac Deodicata Virgo Barbara Humnicka Regulam Sancti Dominici Conventus Premysliensis cum personali assistentia Reuerendi et Religiosi in Christo Patris Hyacinthi Swietlikiewicz Prioris Conventus Premysliensis Ordinis Predicatorum et Religiosae ac Deodicatae Virginis Zophiae Chylinska Conventus supradicti Prioritatis Vltroneo ad infrascripta recognoscendum consensu sana mente et corpore extra foro quo quouis proprio et competenti omisso ac Iurisdictione quauis post habita Presentium Castrensem Capitanum Premysliensem Iurisdictioni se cum Succedaneis et bonis suis generaliter omnibus totaliter plenarieque incorporando et subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipsa de omni et integro Iure suo infrascripto Nempe de Summa Mille Florenorum Polonicalium originaliter per Gnosum Stanislaum Humnicki bonorum Villae Le-

143